

alicui Republicæ, & aliis domibus ea lege, quod teneantur fratribus præstare singulis annis certam elemosynam, siue omnino gratis, siue ut ipsi fratres dicant certa officia, & missas, quod Guardianus faciat protestationem ei, qui testatoris voluntatem adimplere tenetur, quod cum ad illas elemosynas nullum jus habeant ex vi legati, non possint obligari ad illa officia, & missas. Si tamen facta ista protestatione, hæres ex sua libera voluntate voluerit dare elemosynas illas, & committere fratribus dicta officia, & missas, tunc fratres tuta conscientia possunt elemosynas huiusmodi recipere. Quod totum, & multo fortius in relictis legatis singularibus fratribus simili modo faciendum esse decernimus. Inhibemus autem, ut Syndicus in sua persona huiusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis fratribus.

92 Protestatio autem sic fiat sub sigillo Conventus, vide licet. Nos Prater N. Guardianus, & Fratres Discreti huius Conventus N. dicimus ad nostram notitiam pervenisse quondam N. certam elemosynam quantitate conventui huic distribuendam perpetuo gratis, vel forsitan pro aliquibus annis, aut missis dicendis legasse. Cumque legata huiusmodi, nisi per viam simplicis elemosynæ acceptare ex Instituto sancto nostro, & Jure nobis non liceat: Ideo per presentes libere protestamur in Domino, quod legatum prædictum tamquam illius incapaces ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen hæres commissarius aut legatarius ipsis testatoris dictam quantitatem per viam simplicis elemosynæ omni obligatione, dominio, & proprietate penitus cessantibus, nobis libere conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & pie testatoris voluntati, quantum in nobis fuerit, plene, ac fideliter satisfacimus. Hæc autem protestatio subscripta per Guardianum, & Discretos Conventus, dabitur illi, qui tenetur testatoris voluntatem implere, & eadem protestatio scribetur in libro Conventus, ut constare possit succedentibus Guardianis hanc constitutionem fuisse ad plenum adimpletam.

93 Est autem hæc protestatio necessaria, ut optime decernit D. Bonaventura hanc disputans questionem & ex Apostolicis declarationibus Regulæ nostræ colligitur. Et ut omnibus sit compertum id, quod tantopere est nobis necessarium, ipsam D. Bonaventuræ quaestionem suam ex suo apologetico desumptam hic apponere de industria non gravabimur, quæ talis est, ut sequitur.

Cum *asseratur* vos secundum Regulam, & Professionem vestram nullos debere recipere proventus reddituum, seu possessiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini transgressores Regulæ vestræ in eo, quod recipitis domos, vel areas non contiguas vestris aris, in quibus habitatis; eodem enim modo si hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros & mansos, & similia quæque recipere, immo grancias, & villas, & castra, & terras, & oppida, quæcumque fuerint vobis data, & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim evanesceret, & non eritis discipuli S. Francisci cum non sequamini vestigia ejus, nec ejus Regulam teneatis: De domibus enim vobis contiguis potest esse excusabile, quod pro dilatanda area vestra illas quandoque recipiat, sed de aliis non, in quibus homines alios pro censu locatis, quem Procurator vester loco vestri exigit, & in usus vestros convertit de voluntate vestra. Si qui in talibus incaute agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licite agere possimus, advertite, & tunc non judicabis, nos, si sane intelligis, transgressores. Protestamur nos secundum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum reddituum recipere, vel habere, quia vere mendici sumus, & pauperes, ea, quibus pro præsentate necessitate indigemus, ideo recipimus, prout licet, sive pro solventibus debitis, vel aliis necessariis procurandis. Cum ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostræ mansioni, non recipimus eam per nos, nec per interpositam personam ut nostram, sed si ille eam disponit per alium quemcumque, ut ea vendita de pretio ejus provideatur nobis ex parte sua in his, quibus tunc indigemus procurandis, vel solventibus debitis, accepta-

mus. Si autem ille timens ne forte ejus talis dispositio per hæres suos, vel alios in posterum impediatur, & propter hoc preoccupat reprobare illam sigillo alicujus Judicis, vel civium, vel alterius &c. & sic committit eam alicui amico suo, vel Fratrum, qui conservat, quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad nos, cum de rebus suis possit ordinare, quod vult, nec locum talem, vel domum dicimus esse nostram, cum nihil juris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quod de pretio, vel proventibus illis, vel illis darentur fratribus tot panes quotidie, vel tantum elemosynæ singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc prædii, vel reddituum possessores: nam si me petente elemosynam aliquis dives promittat, quod singulis annis velit dare fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel singulis hebdomadis tot panes, & hoc committat Officialibus suis, ut vice sui ista dent etiam eo absente, & hoc pro fratribus recipiam, vel etiam illi negligant dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus, cum non ex jure, sed ex gratia solam talem elemosynam recipiamus, vel exigamus?

Etsi post obitum illius uxorem ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis elemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia, ita quod quandoquidem nollet amplius ista dare, nihil peteremus ab eis quasi ex debito; sed more mendicorum recurramus ad domum clementis Domini pro quotidiana elemosyna quamdiu illi placeret, sed quando plus nollet, discedemus ut cui gratias agentes de dato, & non murmuranter de negato. Hæc est vera, & pura vita Mendicorum, quod datur, ex gratia recipere, non ex jure. De censibus vero domorum fratrum legatarum nil querimus, sicut nec de aliis redditibus. Si autem, antequam vendantur, aliquem inde censum dare volunt hi, in quorum tunc potestate sunt ille domus, nihil juris habere in eo protestamur, sed elemosynam nobis sponte oblatam simpliciter recipimus, sicut aliunde donatam. Quia vero Dominus docet nos cavere ad hominibus *Matth. 10.* & Apostolus ab omni specie mala abstinere *1. Thessal. 5.* ne putemur ab ignorantibus transgressores Regulæ nostræ; debemus aperte protestari, nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspensus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus posset ista suspensio probabilis judicari. Hæc omnia D. Bonaventura.

Sed quia in his casibus solet aliquando evenire, quod annuus redditus ob temporis antiquitatem non comperitur habere aliquem patronum, cui fieri debeat talis, ut supra, protestatio, decernimus quod in tali casu servetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in Constitutionibus super *c.6. Reg. & s. Inhibemus*. Quod nimirum huiusmodi redditus assignentur Recltoribus spiritalibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communiarum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales elemosynas, sive fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesie Romanæ, vel donantium sine Fratrum exigant, & recipiant, & fratribus sive aliis Sacerdotibus, quando Fratres noluerint tales missas, vel suffragia iuxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem talium obventionum interdicere faciant.

95 Item statuuntur, ut deinceps nulla instrumenta publica fiant a fratribus capitulariter congregatis, nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium, & proprietate alicujus capelle, sive sepulcræ; cum hoc omnino sit contra Regulam, & nostro repugnet Instituto; nam quomodo aliquis dat, quod non habet? Si tamen occasio se obtulerit, in qua oporteat satisfacere devoto fidelium voluntati, id fiat per modos nostræ Regulæ, & Instituto congruentes. Est autem protestatio prædicta necessaria, ne, ut ait D. Bonaventura, ab ignorantibus nostrum Institutum, Regulæ nostræ transgressores judicemur. Cujus Seraphici Doctoris sententiam hic inferendam judicavimus, quatenus è medio tollatur abusus Ignorantissimorum aliquorum, qui existimantes Charibidem fugere, in Scyllam inciderunt, in favorem Ordinariorum, vel alicujus tertii, vel hæredis

renuntiantes prædicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & domini donare, sicut accipere, & summa demencia alienum renuntiare.

96 De huiusmodi autem bonis, seu illorum pretio Generalis, vel Commissarius Generalis una cum consilio Guardiani, & Discretorum Conventus in usus Sacristiæ, Fabricæ Ecclesiæ, & Conventuum provideat, prout illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac provisione quamprimum Sacram hanc Congregationem fideliter certiore faciant. Hanc vero bonorum abdicationem & legatorum renuntiationem fuisse executioni demandatam constare debet huic Sacre Congregationi ex Generalis, vel Commissarii Generalis, & Ordinariorum attestacionibus gratis, & absque ullo Fratrum dispendio concedendis.

97 Deinde a Fratribus particularibus auferatur conjunctumque rei proprietate: si quæ sit, & omnia in communiter redigantur ad regul. Sacr. Can. Apostol. Constitut. & S. Concilii Tridentini dispositionem. Potissimum vero tollantur pecuniæ, & quæ primò insunt in veras, & communes ipsorum Conventuum necessitates, idque fiet à Syndicis Apostolicis tantum, ita ut nihil pecuniæ mediate, vel immediate supersit in manibus vel potestate Fratrum etiam Superiorum.

98 Ad hæc tollatur abusus Aromaticarum, ita ut de cetero illæ non retineantur, nisi ad usum monasteriorum dumtaxat, nec liceat res illarum cuiquam vendere.

99 Prætereâ nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacristiis, aut alibi cippus, & truncos ordinatos ad offerendum, seu donantium pecunias, nec capsulas pro elemosynis missarum.

100 Ac demum Superiores Regulares invigilent ut fratres communi mensa utantur, divina officia temporibus debitè recitent, vacant orationi mentali, & divinum cultum diligenter exerceant, & cetera impléant, ad quæ pro Regulæ observatione tenentur.

101 Hæc autem superioribus expressa fuisse ad effectum perducta, constare debet eidem Sacre Congreg. & attestacionibus medio juramento Generalis, aut Commissarii Generalis, aut Visitatorum, prævia diligenti informatione capta in visitatione singulorum Conventuum cujusque Provinciæ, Romæ 14. Junii 1626.

102 Hic juvat afferre declarationes editas à dicta Sacre Congr. specialiter ad id deputata ab Urbano VIII. & relatas à Fagnano ejusdem Congregationis Secretario lib. 5. *Decretal. in cap. Nimis pravo 17. de excoibitur Prælator. d. n. 47. ad 54. ibi.*

DISTINCTIO I.

De legatis bonorum mobilium.

103 **Articulus I.** An Fratres Minores tam de Familia, quam Reformati sint capaces legatorum bonorum mobilium, quæ unica solutione, seu præstatione adimplentur, tam in pecunia numerata, quam in aliis speciebus?

Articulus II. An possint eadem legata in judicio, aut extra exigere per seipsos, vel Syndicum Apostolicum?

Articulus III. An Fabricæ S. Petri liceat in huiusmodi legatis se ingerere infra annum, quo dies legati cessit?

Articulus IV. Et quid elapso anno?

DISTINCTIO II.

De legatis factis fabricæ.

104 **Articulus I.** An valeat legatum annui redditus factum Fabricæ, Sacristiæ, vel Ecclesiæ Fratrum Minorum, tam de Familia, quam ex Reformatione?

Articulus II. An liceat fratribus huiusmodi legata in judicio exigere per eorum Procuratorem, vel Syndicos Apostolicos?

Articulus III. An liceat eidem erogare prædicta legata in usus fratrum? An vero illa omnino converti debeant in usus à testatoribus præscriptos?
FERRAR. BIBLIOTH. TOM. IX.

Articulus IV. An Fabricæ S. Petri liceat infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum pro fabrica, vel sacristia transigendo cum hæredibus, aut aliis de eadem proprietate disponendo?

Articulus V. Et quid transacto anno?

Articulus VI. An liceat eidem fabricæ S. Petri, se immiscere præstationibus, seu fructibus eorundem legatorum ab anno decursis, & non solutis?

Articulus VII. Et quid infra annum, ex quo cessit dies præstationis.

DISTINCTIO III.

De legatis annui cum onere.

Articulus I. An Fratres Minores tam de Familia, quam Reformati sint capaces legatorum annuorum, quæ sunt adjecto onere celebrationis missarum?

Articulus II. An idem possint pro his legatis in judicio experiri agendo, aut Judicis officium implorando?

Articulus III. An possint fratres illa accipere à sponte offerentibus celebrando missas ad rationem rei acceptæ?

Articulus IV. An possint illa spontè oblata accipere per se ipsos, an vero per Syndicum Apostolicum?

Articulus V. An fratres possint huiusmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in usum fabricæ, vel sacristiæ?

Articulus VI. An liceat Fabricæ S. Petri proprietatem eorundem legatorum cum onere missarum sibi vindicare tam elapso anno, quam antea?

Articulus VII. An liceat fabricæ eidem sibi vindicare annuas præstationes decursas, & non solutas tam ante annum, quam post?

DISTINCTIO IV.

De legatis annuis sine onere.

Articulus I. An Fratres Minores tam Observantes, quam Reformati sint capaces legatorum annuorum sine aliquo onere, aut modo adjecto saltem ad effectum illa extinguendi, & pretium erogandi in usus fabricæ, vel Sacristiæ?

Articulus II. An ad hunc effectum possint eandem proprietatem in judicio petere per Syndicum Apostolicum?

Articulus III. An possint illam convertere in usum fratrum?

Articulus IV. Et quid si cõperint illorum annuas præstationes accipere?

Articulus V. An possint fratres exigere judicialiter annuas præstationes eorundem legatorum in vim Martinianæ?

Articulus VI. Et quid post ultimum decretum Sacre Congr. hac de re editum?

Articulus VII. An fratres teneantur protestari se esse incapaces eorundem legatorum?

Articulus VIII. An possint illa à sponte dantibus accipere per se ipsos, vel per Syndicos Apostolicos?

Articulus IX. An hæredes teneantur illorum præstationes fratribus solvere in foro conscientie?

Articulus X. An fabrica S. Petri jus habeat sibi vindicandi horum legatorum proprietatem tam elapso anno, quam antea?

Articulus XI. Et quid de annuis præstationibus decursis, & non solutis?

Articulus Ultim. In hæc omnia procedant etiam in legatis annuis ad modicum tempus?

Die 9. Septembris 1628. Sacra Congregatio negotii Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia à S. D. N. præfata ad singulos Articulos superioris propositos ad hunc modum respondit, videlicet.

DISTINCTIO I.

Ad I. Articulum: Fratres Minores tam de Familia, quam Reformati sint capaces legatorum bonorum mobilium, quæ unica solutione, seu præstatione adimplentur, tam in pecunia numerata, quam in aliis speciebus? *quæ*

quam Reformatos esse capaces legatorum bonorum mobiliu...

Ad II. Fratres fraudem nec per se ipsos, nec per in-

Ad III. Non licere fabricæ S. Petri in hujusmodi legatis...

Ad IV. Elapso anno libere ad præscriptum suarum facultatum.

DISTINCTIONE II.

108 Ad I. Articulum: Valere legatum annui redditus factum...

Ad II. Nec per suos, nec per alios licere Fratribus in...

Ad III. Non licere eadem annui redditus legata erogare...

Ad IV. Fabricæ S. Petri non licere infra annum se ingerere...

Ad V. Itidem non licere.

Ad VI. & VII. Posse fabricam S. Petri se immiscere in...

DISTINCTIONE III.

109 Ad I. Articulum: Fratres Minoros, tam de Familia, quàm...

Ad II. Non posse pro his legatis in iudicio experiri, aut...

Ad III. Posse Fratres illa accipere per modum elemosynæ...

Ad IV. Syndicum Apostolicum, & pro Fratrum necessitatibus...

Ad V. Non posse Fratres hujusmodi legata extinguere...

Ad VI. Licere fabricæ S. Petri ad suarum facultatum præscriptum...

DISTINCTIONE IV.

110 Ad I. Articulum: Fratres Minoros, tam Observantes, quàm...

Ad II. Non Fratres ipsos, sed Syndicum Apostolicum tantum...

Ad III. Posse convertere.

Ad IV. Si Fratres ceperint illorum annuas præstationes accipere...

Ad V. & VI. Fratres nullo modo posse in iudicio exigere...

Ad VII. Teneri.

Ad VIII. Posse illa per modum elemosynæ, & à sponte...

Ad IX. Non teneri.

Ad X. Fabricam S. Petri nullum jus habere vindicandi...

Ad XI. Similiter non habere jus vindicandi hujusmodi...

Ad XII. Hæc omnia locum non habere in legatis infra...

Adducitur ad rem constitutio Clementis X. confirmantis...

Clemens Papa X. ad futurum &c. Nuper pro parte dilecti...

Clemens Papa X. ad futurum &c. Nuper pro parte dilecti Filii...

Primo, mando, quod meus hæres teneatur expendere...

Primo, mando, quod meus hæres teneatur expendere pro...

Item, mando, quod dicitus meus hæres solvat ex dictis bonis...

Item relinquo in perpetuum Missas septem quolibet hebdomada...

Item relinquo pro elemosyna dicto Conventui S. Petri de Syre...

Item quia D. Mater mea reliquit, ut dicantur due Missæ...

Item quia D. Pater meus reliquit unam Missam perpetuam...

Ad V. Non posse Fratres hujusmodi legata extinguere...

Ad VI. Licere fabricæ S. Petri ad suarum facultatum præscriptum...

Et subinde in executionem dicti testamenti unus Canonicus...

tamentatio, qui bona fide, dum in vivis erat, eadem legata...

Instantia vero hujusmodi ad prædictam Cardinalium Congreg....

Instantia vero hujusmodi ad prædictam Cardinalium Congreg....

Sacra Congr. EE. S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus...

Cum autem sicut dicitus Syndicus Nobis subinde exponi...

Item affertur ad rem decretum Sac. Congr. Episc. & Regularium...

Sacra Congr. EE. & Reverendis. S. R. E. Card. negotiis, &...

Sacra Congr. EE. & Reverendis. S. R. E. Card. negotiis, &...

Sacra Congr. EE. & Reverendis. S. R. E. Card. negotiis, &...

Sacra Congr. EE. & Reverendis. S. R. E. Card. negotiis, &...

Sacra Congr. EE. & Reverendis. S. R. E. Card. negotiis, &...

Sacra Congr. EE. & Reverendis. S. R. E. Card. negotiis, &...

Sacra Congr. EE. & Reverendis. S. R. E. Card. negotiis, &...

Sacra Congr. EE. & Reverendis. S. R. E. Card. negotiis, &...

aliquæ necessariis procurandis, juxta doctrinam D. Bonaventurae...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

Item datur ad rem mandatum D. Auditoris Camerae Apostolicæ...

lis tenoris sequentis. Sequitur tenor commissionis. Nos denique Sc. Ducto Dom. Hieronymo Leto ex adverso Procuratore dicti Theodori, & Dominici Garcia ex adverso principalium, iterum ut supra citato. Preinterant sententiam, sive decretum Vic. Generalis Catacen. aliamque dicti Reverendissimi Thomati, & dictam nostram respectivo definitivam sententiam exequi mandavimus, ut in illorum executione, & re iudicata præsens mandatum exequitur ad favorem dicti Synodici R.R.P.P.S. Francisci Minor. Observant. civit. Tabernarum Diocesis Catacen. contra & adversus dicta bona per dictam Victoriam donata dicti D. de Garcia pro ducatis viginti quinque moneta Regni debiti pro suprascripta cleomorina missarum ab anno 1691. per totum mensem Junii proxime præteriti ad rationem ducatorum decem pro quolibet anno, sive præiudicio aliorum per annua decursum decernimus, & relaxavimus, exequi volumus, & mandavimus pro presentes. Quo circa Vos Potentissimum Regem, vestrosque Regios Ministros studioso requirimus, & perbenigne in Domino hortamur atenseque rogamus, Vobis vero, aliis omnibus, & singulis suprascriptis Sc. tenore presentium committimus, & in virtute S. Obedientie, ac sub excommunicationis Sc. pena Sc. mandamus, quatenus statim visis presentibus, & quoties presentium vigore fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus Sc. ex parte nostra, seu verius Apostolica Auctoritate cogatis, & compellatis, cogique, & compelli faciatis, Sc. dictos Theodorum, & Dominicum Garcia ad dandum, solvendum, tradendum Sc. & effectualiter exorsandum dicto Rever. Synodico ditionum P. P. Sancti Francisci Min. Observo. Sc. scuta viginti quinque moneta Regni, ut præsertur, debita, cum aliis scutis quatuor, & Julios septem moneta Romane pro expensis presentis Mandati. Datum Rome anno 1693. In additione prima, die vero 7. mensis Augusti Pontificatus Sanctissimi D. N. Innocentii Divina Providentia Papa XII. anno ejus tertio.

114. Syndici Apostolici nequeant dominium, vel usum possessionum in se recipere, ut redditus annuos Fratrum tribuant. Sic expresse dicta Sacra Congreg. allegat. supra n. 91. in fine, ibi: Inhibemus autem, ne Syndici in sua persona hujusmodi annuos redditus recipiat distribuendos legatis Fratrum. Et Sac. Cong. R. Fabricæ in Æsina Legati 29. Novemb. 1692. quæ, teste Eminentissimo Card. Petra tom. 2. commentar. ad constitut. 5. Honorii III. num. 29. censuit Franciscanos Observantes, qui præterea retinere stabilita nomine Syndici esse incapaces ad ita retinendum.

115. Neque dicti Syndici Apostolici possunt sine Beneplacito Apostolico alienare mobilia pretiosa Ecclesie incorporata, ut sunt lampades, candelabra, paramenta, picture, & hujusmodi, prout expresse de mandato Urbani VIII. 11. Septembris 1624. decrevit S. C. C. prohibens alienationes dictorum fieri sine expressa Sac. Cong. licentia, adjectis pœnis ipso facto incurrendis à contrafacientibus, nullisque alienationibus declaratis, & novissime eadem Sac. Cong. in Papiensi die 18. Mar. 1719. quæ respondit: Quoad mobilia pretiosa Ecclesie incorporata esse necessarium Beneplacitum Apostolicum, quo vero ad omnes alias res in futurum non posse Syndicos procedere ad venditionem, nisi prævia affisione Edictorum, & vendita fiat majori Oblatori. Vide verb. Syndicus n. 19.

116. Fratres Minores habent solum simplicem usum facti absque ullo dominio, & usu Juris circa res illas, quibus uti possunt; Communis. Usus Juris est ipsum Jus, sive legitima facultas utendi aliqua re, adeoque usum Juris habere dicitur omnis, qui & utitur, & potest ad libitum licite uti aliqua re. Usus autem simplex facti est ipse actualis usus rei factus cum omnimoda dependentia à libera voluntate Domini proprietarii: sicutque usum simplicem facti habere dicitur ille, cui conceditur facultas utendi re etiam usu consumptibili, sed omnino dependentem à libera concedentis voluntate, ita ut pro ejus libito revocari possit.

117. Et hic usus simplex facti & omnino dependens à libera voluntate Domini proprietarii concedentis potest separari, & de facto separari à dominio rei etiam uni-

co usu consumptibilis. Vide verb. Dominium art. 1. d. num. 18. ad 20.

Dominus Professe Societatis Jesu, licet sint vere Mendicantes, sunt tamen capaces legatorum etiam bonorum stabilium, ita tamen ut si talia bona non sint necessaria, nec opportuna usui domorum professorum, ea vendi debeant, & ex eorum pretio propriis necessitatibus provideri. Vide verb. Legatum n. 122.

Scholastici, & Coadjutores temporales, qui in dicta præclarissima Societate Jesu post biennium probationis simplicia vota ediderunt, possunt, non obstante voto paupertatis, retinere, & acquirere dominium radicale bonorum temporalium, tam mobilium, quam immobilium antea habitorum, vel postea per hæreditatem, donationem, vel alio modo obtentorum, quamvis per dictum simplex votum paupertatis privati sint æquali Jure de iis disponendi arbitrio suo sine Superioris licentia. Sanchez lib. 7. moral. cap. 18. num. 23. & 28. Layman lib. 4. tract. 5. cap. 7. num. 3. Busemb. lib. 4. cap. 1. de statu Religioso dub. 4. La Croix ibid. num. 96. Sporer tom. 2. tract. 6. cap. 1. num. 58. & alii. Et ratio est, quia illud votum simplex non privat, sed statim cum dominio radicali, & in actu primo bonorum antea habitorum, & postea acquisitorum, seu acquirendorum, & solum privat dominio, ac Jure actuali utendi, vel disponendi de iis arbitrio suo sine licentia Superiorum juxta constitutionem Gregorii XIII. incip. Ascendente Domino: Talis enim Religiosa paupertas non consistit in eo, quod reddat Religiosum inopacem domini radicalis, & velut in actu primo, quemque etiam habet infans sub Tutore constitutus; sed quod privat ipsum Religiosum Jure retinendi bona temporalia, & de iis disponendi arbitrio suo sine facultate, & consensu Superiorum saltem licite.

Unde tales Scholastici, & Coadjutores temporales, quamvis mortaliter peccarent contra paupertatis votum, si de dictis bonis antea habitis, vel postea acquisitis disponerent arbitrio suo sine consensu Superiorum, tamen talis dispositio esset valida. Sanchez loc. cit. Layman loc. cit. Sporer loc. cit. Lugo in respons. moral. lib. 4. dub. 6. La Croix lib. 4. num. 103. cum Castropol. Pellizar. & aliis ibi citatis contra Molinam, & Lessium. Et ratio est, quia licet peccarent mortaliter contra votum paupertatis, ex quo per tale simplex votum paupertatis sibi interdixerint jus disponendi sine facultate Superiorum, tamen eorum dispositio esset valida, quia adhuc retinent dominium suorum bonorum, donec eis se abdicent per solenne paupertatis votum, cum eis non se abdicent per d. votum simplex paupertatis.

Est enim magna differentia inter votum Solemne paupertatis (cui, ut recte notat Layman loc. cit. num. 3. vers. ceterum, æquiparari in hoc docet votum paupertatis Coadjutorum Formatorum d. Societatis Jesu) & inter simplex paupertatis votum ab ipsis Scholasticis, & Coadjutoribus temporalibus emissum, quia tale simplex votum paupertatis privat Religiosum solum dominio, ac Jure actuali utendi, & disponendi de bonis temporalibus arbitrio suo absque facultate Superiorum, & non dominio radicali, & in actu primo. Votum autem solenne paupertatis emissum in professione solenni Religiosis privat sic professum, non solum dominio, ac Jure actuali, sed etiam dominio radicali, & in actu primo, id est, omni Jure, ac facultate, tam valide, quam licite disponendi de bonis temporalibus antea habitis, ac alia postea acquirendi, & alienandi, ut clare habetur ex cap. unic. de voto in 6. & de Coadjutoribus formatis in d. Societate Jesu est statutum à Greg. XIII. in d. const. Ascendente Domino. Layman l. c. vers. Ceterum, Sporer loc. cit. n. 59. & alii.

Ut Regulares possint uti rebus aliquibus licite intra terminos Religiosæ paupertatis requiruntur quatuor conditiones. Prima namque est, ut utantur iis rebus tanquam non suis. Secunda, ut iis utantur cum vera, & rationabili Superioris licentia. Tertia, ut iis utantur juxta modos in qualibet Religione expressos. Quarta, ut iis utantur servata honestate, & modestia. Marchantius in Tribunali tom. 3. part. 2. tract. 2. tit. 1. q. 4. Henno

122. tract. 3. disp. unic. de statu Religioso q. 9. art. 3. §. 2. Sporer tom. 2. tract. 6. cap. 1. num. 61. & alii in re communiter.

123. Regulares igitur utriusque sexus debent uti rebus tanquam non suis, ut habetur clare Añor. 4. num. 32. ibi: Nec quisquam eorum, quæ possideat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia; & concordat, cap. Dilectissimis 2. cap. Scimus 9. cap. Non dicatur 11. caus. 2. quest. 1. cap. Monachi 2. cap. Super quodam 4. cap. Cum ad monasterium 6. de statu Monachorum cum similibus, Concil. Trid. sess. 25. de Regularibus cap. 2. ubi expresse prohibet, Regulares quovis modo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomina conventus possidere, vel tenere. Et decret. Clem. VIII. pro reform. Regularium incip. Nullus omnino, §. 3. ubi confirmantur, & innovantur decreta Concilii Trid. de sic paupertatis voto custodiendo.

124. Unde peccant contra paupertatem Regulares utriusque sexus, qui mobilia, vel immobilia tanquam sua retinent, & administrant; sique dispositive suo arbitrio utuntur, ac de iis pro libitu disponunt. Item qui pro peculio, seu livello sibi concessa dant quantitates sine Superioris consensu, volunt solutionem in suis propriis, & non Superioris manibus fieri, cogunt ad id debitores tanquam absoluti Domini, & hujusmodi: Regulares enim utriusque sexus nequeunt livella administrare à se ipsis. Vide supra n. 63. & verb. Moniales art. 2. n. 88. Nec iis livellus uti possunt, nisi servata forma constitutionis Clementis VIII. de Largitione numerum. Vide supra num. 70.

125. Regulares utriusque sexus debent uti rebus cum vera, & rationabili Superioris licentia. Unde si metu, fraude, dolo, minus, vexationibus, molestiis, allegatione falsi, seu reticentia veri obvineatur, perinde est, ac si non fuisset talis licentia obtenta, quia sic, vel est violentia; vel si sit licentia, est subreptitia, vel obrepiticia. Idem dicendum est, si talis licentia absque rationabili causa concedatur, quia tunc nec inferior, nec Superior est tutus in conscientia, cum tales concessiones corrumpant mores Religiosorum, ac nimis in dies relaxent Religiones. Tum quia Superiores sunt dispensatores, & non dissipatores bonorum Conventuum, ac Monasteriorum.

126. Licentia non requiritur semper expressa, sed sufficit aliquando etiam tacita, & rationabiliter præsumpta. Taciti enim, & expressi eadem est virtus & idem iudicium, cap. Ex p. 2. de Reservatis, leg. Cum qui 3. ff. de rebus creditis, l. Cornelius 69. ff. de hæred. instituend. l. Hæc verba 3. ff. de Legatis 1. l. Fideicommissa 11. §. Si filio, ff. de Legatis III. cum similibus. (Verb. Pasca, n. 30. & Sepultura, n. 210.)

127. Unde in illis Religionibus, & Monasteriis, ubi viget legitima consuetudo aliqua recipiendi, retinendi, expendendi, donandi, & hujusmodi sine expressa Superioris licentia, excusantur Religiosi, ac Religiosæ peccato proprietatis ratione licentia tacite, arg. c. Cum olim 6. cap. Cum Dilectus 8. cap. Cum tanto 9. de consuetud. Mastrius theol. moral. disp. 14. q. 1. n. 44. Pellizar. de Monialibus cap. 4. num. 71. Felix Potest. tom. 1. part. 2. num. 1046. testans de communi.

128. Licentia non est necesse, quod detur toties, quoties casus occurrerit, sed sufficit absoluta sine limitatione concessa saltem pro tempore ejusdem Superioris concedentis, nisi aliter constet de ejus voluntate. Cum enim talis licentia sit semper revocabilis, salvatur semper, quod Religiosus disponat de rebus sibi concessis cum facultate, & consensu Superioris. Immo licentia ab uno Superiore concessa durat etiam sub alio, nisi ab ipso Successore expresse, vel tacite fuerit revocata; quia gratia non expirat, mortuus, vel amoto ab officio Concedente, cap. Si super gratia 9. de officio delegat. in 6. cap. Si cui 36. de Præbend. in 6. Donatus præter. Regul. tom. 3. tract. 15. q. 18. Lezana ab ipso ibi citatus, Felix Potest. loc. cit. num. 1038. & alii. Vid. de notata supra ad n. 55.

129. Regulares utriusque sexus tenentur uti rebus sibi concessis juxta modos in sua Regula, & suis constituti-

tionibus expressos. Quilibet enim tenetur servare paupertatem eo modo, quo illum Deo promissit; sicutque cum Religiosi vovent ordinarie illam servare juxta modum in sua Regula expressos, & in sua Religione licite servari solitos, tenentur uti rebus sibi concessis juxta dictos modos.

Hinc fratres Minores de corpore Observantæ, & Capuccini tenentur præ ceteris Regularibus ad usus arctos, & pauperes in sua Regula contentos, ut declarant pro Minoribus Nicolaus III. in cap. Exit qui terminat 3. de verbor. significat. in 6. Clemens V. in Clementina Exivit 1. de verbor. significat. & Innocentius XI. constit. incip. Sollicitudo Pastoralis Officii: Supradicti enim Fratres Minores, quamvis circa res sibi necessarias possint habere simplicem usum facti, non possunt tamen habere usum Juris, & tanto minus dominium. Et circa denarios, vel pecuniam, nec dominium, nec ullum politicum usum habere possunt, ut expresse præfati Summi Pontifices, & signanter Innocentius XI. in d. constit. incip. Sollicitudo Pastoralis Officii: §. 4. ibi: Aliarum enim rerum necessarium Fratres Minores de corpore Observantia hujusmodi habere usum licet, non dominium, denariorum autem nec dominium, nec usum, & prævidendo quovis contractu pecunie, seu denariorum, quos non sit pure naturalis, seu quo sit quovis modo politica, ejuscumque Domini sint denarii, seu pecunia, Fratres Minoribus Observantibus, seu de Observantia est omnino prohibita.

Et insuper, ut omnis occasio transgrediendi præceptum de non contractandis denariis, seu pecuniis auferratur, prohibet expresse idem Pontifex Innocentius XI. in d. constitutione incip. Sollicitudo: §. 10. ne Fratres Minores possint esse administratores ullorum temporalium bonorum, sive mobilium, sive immobilium ejuscumque Domini illa sint, & neque Monasteriorum sibi subjectorum, ibi: Denum ut omnis occasio transgrediendi præceptum de non contractandis denariis, seu pecuniis, auferatur, omnibus; & singulis dicti Ordinis Præfatis sive Superioribus in virtute S. Obedientie; ac sub pena privationis suorum Officiorum injungimus, ut nulli Religioso ejusdem Ordinis permittatur administrationem fundorum, reddituum ac quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, ejuscumque Domini illa sint, & signanter ut nulli Religiosorum Ordini hujusmodi permittatur administratio bonorum temporalium aliter monasterii Monialium sub quovis pretextu, aut nomine, nempe Administratores, Syndici, Factoris, Colonia, Superintendentes, Villici, aut alia quovis imaginabili.

Dictis Fratres Minoribus, quamvis sit omnino prohibita receptio, & contractio politica, & civis denariorum, seu pecunie, nempe receptio, & contractio denariorum ad eos pro usibus expendendis, & permutandis: Non est tamen eis prohibita denariorum receptio, & contractio pure naturalis, & materialis absque omni dominio, & usu. Unde non est eis prohibitur denarios à terra levare, eos ad discernendam qualitatem Metallum pertractare, curiositatis gratia tangere, & hujusmodi. Item non est eis prohibitur denarios alicujus parentis, amici, mercatoris, Benefactoris pro custodia ratione alicujus periculi retinere, aut secum in itinere ad evitanda latronum pericula ducere; seu ad preces alicujus debitoris eos alio transferre pro consignandis ejus Creditibus, vel pro restitutione ab aliquo Peccitente debita facienda, & hujusmodi; dummodo semper hæc fiat absque ullo usu, aut affectu, vel scandalo pusillorum.

Prædicti Fratres Minores, nedum non possunt habere aliquid proprium in particulari, sed neque in communi, ad differentiam aliorum Regularium utriusque sexus; qui licet nequeant habere aliquid proprium in particulari, possunt tamen habere dominium bonorum temporalium in communi. Concil. Trid. sess. 25. de Regularibus, cap. 3. ibi: Concedit Sancta Synodus omnibus monasteriis, & domibus, tam virorum, quam mulierum, & Mendicantium, exceptis domibus Fratrum S. Francisci Capuccinorum, & eorum, qui Minorum de Observantia vocantur, etiam quibus, aut ex Constitutionibus suis erat prohibitorium, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possiderere liceat.

135 Insuper Religiosi aliarum Religionum possunt etiam in particulari, de licentia Superiorum, habere usum pecunie, dummodo moderatus sit, & ad fines honestos, & cultus Religiosos decentes, & fiat juxta tradita sub verb. Moniales art. 2. num. 68. 69. 70. & 79. & juxta constitut. Clem. VIII. de largitione munerum, & ejusdem decreta pro reformatione Regularium.

136 Dicitur autem Fratres Minores neque de licentia suorum Superiorum possunt in particulari habere usum pecunie: Est enim ipsis rigorosissime interdita receptio, & contrectatio pecunie, ut patet ex fundamentali, & precipuo suae Regulae precepto cap. 4. his verbis: *Precepto firmiter Fratris universis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam.* Cum tanta sit eorum paupertas (quam eorum S. Pater, & Fundator, ac Summi Pontifices vocant Altissimam) ut licet Seraphicus Patriarcha permittat, quod pro necessitatibus infirmorum, & aliorum Fratrum induendie per amicos spirituales Ministri tantum, & Custodes sollicitam curam gerant secundum loca, & tempora, & frigiditas regionis, sicut necessitati viderint expedire, excipit tamen semper & salvat, quod nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, cit. cap. 4. Regulae, ibi: *Et semper calvo, ut sicut dictum est, denarios, vel pecuniam non recipiant.* Unde cum neque ipsimet Superiores usum pecunie habere possint, tanto minus ipsum pecuniam usum poterunt subditis concedere, ac permittere, arg. cap. Nemo 79. de Regul. juris in 6. ibi: *Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoratur,* l. Nemo 24. ff. de Regul. juris, ibi: *Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet, cum similibus. (Vid. lit. P. pag. 13. num. 19. cum lege 11. tit. 21. part. 2.)*

137 Immo est eis tam rigorose interdicitur pecunie usus, ut neque in eorum Ecclesiis, seu alibi permittatur pecuniarum quæstus in eorum commodum, ac utilitatem, textu expresso in Clementina Exvi 1. de verbor. significat. §. Quo circa, ibi: *Quo circa quæstus omnis pecunie, ac oblationum pecuniarum receptio in Ecclesia, vel alibi cippi, seu trunci ordinati ad offerendum, vel donantium pecunias reponendas, nec non quicumque recursus alius ad pecunias, seu habentes ipsas, qui per declarationem prædictam (hoc est Nicolao III. in cap. Exiit qui seminat 3. de verbor. significat. in 6.) non conceditur: Hæc, inquam, omnia sunt eis simpliciter interdita.*

138 Quinimodo neque possunt dicti Fratres Minores capsulas retinere in sacristia, aut alibi ad missarum elemosynas recipiendas, etiamsi clavem retineret Syndicus Apostolicus, ut expresse fuit prohibitum per nostras Constitutiones Generales de anno 1628. jussu Urbani VIII. constit. incip. Injuncti Nobis, & à S. Cong. Conc. die 7. Julii 1708. prout habetur in chronologia nostri Seraphici Ordinis Patris Julii de Veneriis ad septuagesimum octavum Generale Capitulum circa finem, ut sequitur.

Decretum Sacre Congreg. Concilii Trid. modificativum Bullæ Innoc. Papæ XII. de celebratione Missarum.

De capsulis.

QUædammodum probos decet Religiosos cupientes hujus Ordinis Patres non minus eorum Regulae puritatem custodire, præcipue circa Paupertatis votum, tan-totopere à Sancto Fundatore injunctum, quam Apostolicis jussis obtemperare, humillime experierunt hujus S. C. oraculum super declaratione emergentis casus, qui est ejusmodi. Urget ex una parte novissima constitutio san. mem. Innocentii XII. super celebratione Missarum, quæ incip. Nuper: cum decreto irritatis, & clausula sublata, nec non cum derogatione expressa omnium constitutionum Apostolicarum, & Statutorum Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, atque consuetudinum immemorabilium, quæ inter alia provida decreta demandat retentionem capsularum pro missis celebrandis per verba: *Debant ulterius Regulares prædicti omnes, & quicumque elemosynas, tum manua-*

lium, tum perpetuarum, & temporalium missarum reponere in capsula particulari sub duobus clavibus, quarum una penes Superiorem Localem, altera vero penes alium à Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de istis elemosynis, & celebratione missarum coram Patri-bus Discretis, seu Consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis, singulis mensibus, districtam rationem exigere, & respective reddere.

Obstare ex alia parte videntur hujusmodi capsulae retentioni bina decreta, alterum editum in Generali Congregatione Cismonantæ Familix habita in Conventu Araceli anno 1615. relatum in tom. 3. Orb. Seraph. pag. 613. alterum vero per eadem verba conceptum iisdem in Generali Congregatione in eodem Conventu celebrata anno 1628. coram clar. mem. Card. Gypso à san. mem. Urbano VIII. specialiter delegato, recensitum quoque in tom. 4. ejusdem Orb. Seraph. pag. 11. quod & pariter eorumdem verborum textura relatum reperitur post constitutionem. Injuncti Nobis, prælaudati Pontificis 49. in ordine Bull. tom. 4. sub dat. 4. Junii 1628. & publicatum die 15. ejusdem mensis, & anni, ibi: *capsule, vel trunci ad recipiendas elemosynas pecuniarum etiam pro missis oblati, non solum ab Ecclesia, sed etiam à sacristia, & à quacunque parte, quæ sit intra clausuram Conventus omnino prohibentur sub pena inobediencie, & excommunicationis majoris; oblata autem elemosyne pro missis nullo modo intra clausuram Conventus, aut intra Ecclesiam, vel Sacristiam ab aliquo recipi permittantur, sed ad Syndicum Apostolicum offerens remittantur. Quod si id grave illi fuerit, & voluerit Tertiario, vel Servituro Conventus tamquam Syndici substituto illam tradere, ut ad Syndicum ipsum ejus nomine deferatur, id fieri poterit, ea tamen lege, ut intra clausuram Conventus, aut Ecclesie, nec Tertiariis, nec servus illam recipiat, & Guardianas, qui contrarium permiserit, privetur officio. Et ibidem intra: Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacristiis, aut alibi cippos, aut trunci ordinatos ad offerendum, seu donantium pecunias, nec capsulas pro elemosynis missarum.*

Insuper obstare videntur typis traditæ constitutiones editæ in Capitulo Generali celebrato in eodem Conventu Araceli die 29. Maii 1700. pro Cismonantæ Familia, §. Ad propositionem num. 1. pag. 40. ubi hæc habentur: *Ad propositionem factam in discretorio Observantium: ad supplicari debet SS. ut dispensare dignetur cum Observantibus in precepto de retinendis capsulis in sacristia pro recipiendis elemosynis pro missis, prout insinuari videtur in decretis de celebratione missarum: Definitorium Generale attenda dispositione Regule nostræ cap. 4. ac Apostolicarum declarationum illius, aliorumque Pontificum constitutionum, præsertim Nicolai III. Exiit, Clem. V. Exivi, Pauli III. Exponi nobis die 30. Maji 1536. Innocentii XI. Sollicitudo Pastoralis, Innoc. XII. Aliis à felicis, nec non decreti Sacre Cong. Consultationibus hujus nostræ Familix præpositæ approbante Sanctissimo sub dat. die 4. Junii 1628. declarat ejusmodi capsulas statui, ac professioni Fratrum Minorum de Observantia esse repugnantes, & proinde Fratres nostros non comprehendi sub precepto hujusmodi de retinendis prædictis capsulis in Sacristiis, vel suis Conventibus; & si opus fuerit, supplicetur SS. pro confirmatione hujus declarationis per officiales Familix. Harum autem Constitutionum legitatem impugnat Modernus Vice-Commissarius Generalis Familix Cismonantæ autumans eas fuisse efformatas proprio Marte mox defuncti P. Generalis Ordinis citra consensum Generalis Capituli, sed earum loco hoc aliud exhibui documentum. In Regesto Curie Araceliense factò ab anno 1700. usque ad annum 1704. fol. 22. num. 7. inter alia sic legitur: *Circa capsulam pro conservatione elemosynarum pro missis celebrandis recipiendarum in sacristiis omnium Regularium etiam Mendicantium cum ampliatimis, derogatoris omnium in contrarium quomodolibet disponentium à S. C. C. novissimis decretis de celebratione missarum observari mandatum cum circumstantiis in ea materia dispositis, Discretorium Generale optat, ut supplicetur Sanctissimo pro dispensatione. Observantium ab obligatione eas capsulas**

las retinendi: Ac Definitorium Generale rogat Reverendiss. P. Generalem ut perpenis perpendendis, mandet id fieri, & respective supplicari, quod sibi melius in Domino, ac Ordini utilius videbitur expedire.

Anticipes valde sunt Religiosi præfati Ordinis utrum in partem se teneant super hujusmodi capsularum retentione, exindeque in variis abierunt interpretationes cum præjudiciali deformitate Regularis Instituti, utpote qui Innocentianam constitutionem servandam contendunt, capsulas ad usum revocarunt; ceteri vero, qui supra relatis Ordinis statutis connituntur, easdem abjecerunt. Propterea prænotatus Vice-Commissarius Generalis ad restituendam in hac parte debitam Regulæ uniformitatem reverenter expetit E. E. V. V. declarationem, an sui Religiosi Observantes Regulæ D. Francisci comprehendantur sub prima dicta constitutione Innocentiana de capsulis retinendis pro Missis celebrandis?

Eminentissimus Ordinis Protector informare desperæquisitus, præallegatas dispositiones librando, non dubitat, hosce Fratres Minores Observantes comprehendit sub d. constitutione Innocentiana, eo quod illa specificæ de Regularibus Mendicantiibus loquitur, atque præmemorata Religiosis statuta ex adverso recensita non obstat, subdit, attenta specialia eorumdem derogatione in eadem Innocentiana contenta; quin & ulterius Eminentissimus Relator allegando Indultum san. mem. Gregorii XIII. permitentis usum hujusmodi capsularum in sacristia diclorum Fratrum pro asservatis elemosynis in dies oblati, quod refertur ab Auctore Orb. Seraph. tom. 2. pag. 382. col. 2. pag. 446. col. 1. censet, nullum sese deprehendere inconveniens in earum usu; quoties tamen retineantur cum cautela in locis non publicis, ne in apparentia offendatur paupertas, sed asserventur claves apud Syndicum Apostolicum, & Superiorem localem respective ad formam constitutionis Innocentianæ, nisi latus in ejusdem relatione per manus circumferenda. His itaque expensis emergit dubium sapientissime ab E. E. V. V. revolvendum.

An, & quomodo Minores Observantes valeant retinere capsulas pro missis celebrandis in casu &c.

Die 7. Julii 1708. S. C. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit, negative.

B. Card. Paniciatius Praef.

139 Unde prædicti Fratres Minores mortaliter peccant, quoties pecunias petunt, ac recipiunt sive per se, sive per interpositam Personam; A pecuniis enim debent dicti Fratres ita esse alieni, ut nec ipsis licet eorum usus, & contrectatio, ut ultra textum Regulae cap. 4. declarantur expresse Nicolaus III. in c. Exiit qui seminat. 3. §. ad majorem, de verbor. significat. in 6. Clem. V. in Clementina Exivi de Paradiso 1. vers. Verum etiam, de verbor. significat. Innocent. XI. const. inc. Sollicitudo Pastoralis §. 4.

140 Casus autem, pro quibus ad amicos spirituales eis licet pro elemosynis pecuniariis recurrere, & per quos, & quomodo sint expendendæ, enunciatur in d. cap. Exiit §. Ceterum cum in eadem, & d. Clementina Exivi §. Porro vers. Cum etiam: & late traduntur per omnes Regule Expositores, ad quas brevitas gratia Lectorem remitto.

141 Regulares omnes utriusque sexus tenentur uti rebus, servata honestate, & modestia juxta dicta supra n. 122. id est, tenentur etiam in rebus sibi ad usum concessivitate superfluitatem, curiositatem, & pretiositatem, ita ut si in illis notabiliter, & graviter excedat, etiam graviter peccent, ut tradunt communiter Doctores. Et ratio est, quia Regulares non tenentur solum ad præcisam Paupertatis essentiam, quæ consistit in abdicatione omnium dominii, proprietatis, & juris politicæ in rebus, & usu rerum, sed etiam ad illius accessoria, veluti proprietates, id est, ad temperantiam, seu sufficientiam, quæ tollit, & damnat excessum, & superfluitatem in victu, vestitu, suppellectili, ædificiis, & hujusmodi, juxta illud Apost. 1. ad Timot. cap. 6. ibi: *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, & Concil. Trid. sess. 25. cap. 2. de Regularibus, ibi: Mobilium usum ita Superiores permittant, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat, & nihil superflui*
ERRAR. BIBLIOT. TOM. IX.

in ea sit. Item ad humilitatem, & modestiam, quæ excludit pretiositatem, curiositatem, fastum, superbiam, & hujusmodi. Item ad Fidelitatem in administratione, & usu bonorum monasterii Deo consecratorum, seu oblatorum pro necessaria, & competenti dumtaxat sustentatione Religiosorum ad majorem divini cultus promotionem. Item denique ad Exemplaritatem, qua Regulares se abstineant ab omnibus, quæ scandalum generare possent, uti sunt voluptuosi sumptus, nimis profusiones, & excessivæ pompæ, quæ Magnatum seculi fastum potius, quàm pauperum Claustralium Religiosorum humilitatem præferunt.

An Regulares, qui sine licentia Superioris disponent de suis manuscriptis, videlicet de suis concionibus, lectionibus, compositionibus, & hujusmodi in vita, vel in morte, intra, vel extra Religionem, sint proprietarii, & peccent contra votum paupertatis? Variant Doctores. Non esse tales Regulares proprietarios, nec peccare contra votum Paupertatis, tenent Diana part. 1. tract. 6. de paupertate resol. 25. & alii apud ipsum, Homobonus in examen eccles. part. 1. tract. 7. cap. 32. q. 100. Valer. in suis differ. verb. Munera num. 106. Killianus Kazemberger supplement. theol. moral. Patri Sporer cap. 2. sect. 3. de statu Religioso num. 149. cum aliis ibi citatis, Relix Potestas tom. 1. cap. 2. num. 114. & sic declarasse Clementem VIII. pro Minoribus, quod possint nempe alienare sua manuscripta disponendo, secum ferendo, donando sine Superioris licentia, non obstante sua Bulla de largitione munerum, refert Coriolanus Capucinus part. 2. de casibus reservatis cas. 8. sub num. 19. vers. Hoc autem, & alii, quibus favent etiam Bordonus de profess. cap. 5. quest. 44. Passerin. tom. 1. quest. 189. art. 8. num. 184. Pellizar. tom. 1. Manual. tract. 4. cap. 2. quest. 34. num. 318. Et ratio est, quia talia Manuscripta, utpote partis intellectus sunt quasi pars scientiæ, & doctrinæ acquisitæ, adeoque sicuti Religiosi secum deferre, aut aliis communicare possunt suam scientiam, & doctrinam, ita & propria sua scripta donare. Unde Diana loc. cit. cum aliis ibi allegatis resolvit posse Religiosos inter se donare suas Conciones, Lectiones, & alia manuscripta, vel posse secum deferre quocumque vadant, etiamsi se transferant in aliam Religionem, idque nulla petita licentia, & nullis relictiis copiis. Ex quo juxta Franciscum à S. Clara apud nostrum P. Gaudentium Kerchove in statu nostra Generalia cap. 3. §. 5. num. 11. probable etiam videtur, dicit P. Kazemberger. cit. nos Fratres Minores posse legare nostra propria manuscripta.

Oppositum tamen sustinent Amenus tract. de Incon-rigibilium expulsionem part. 3. quest. 29. num. 293. Donatus prax. rerum Regul. tom. 4. de vo. paupertatis tract. 15. q. 46. testans sic tenere etiam omnes illos eruditissimos Doctores, quos ipsem referit tom. 1. part. 2. tract. 5. q. 57. cum quibus concurrat Navarrus lib. 3. q. 14. num. 10. ubi exinde deducit transeantem ex una in aliam Religionem non posse secum ferre sua scripta sine licentia Capituli primi monasterii, quia non est dominus illorum, sed monasterium, & sic tenent plures alii dicentes, quod hæc sit vera sententia firmiter decisã in cap. Non dicatis 11. quest. 12. num. 1. ibi: *Certum est eos nihil habere, possidere, dare, nec accipere debere sine Superioris licentia, cap. Statutum 1. caus. 18. pag. 1. ibi: Sed quidquid adquisierat, vel habere visus fuerat, monasterio relinquit, cap. Quia ingredientibus 7. caus. 16. quest. 3. ibi: Sed res eorum ejusdem monasterii juris sunt, aperta legis definitione decretum est, & Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus cap. 2. ibi: Nemini Regularium licet bona immobilia, vel mobilia cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita tamquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere, & concordant decreta Generalia Clementis VIII. pro reformatione Regularum, incip. Nullis omnino §. 3. Unde attente notanda sunt verba illa Trid. Quovis modo acquisita, & illa cit. cap. Statutum: *Quidquid adquisierat, nam qui totum dicit, nihil excludit, e. Sollicit. 6. §. Nobis, de majori, & obediens, cum similibus. (Lit. A pag. 351. num. 12.)**

